



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. B. Virgo per Angelum, egenti Monasterio aurum mittit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

Quod de facto, non de iure, Christum soluisse, semper viderat, vel hoc ipso postea falso accusatum, quasi tributa Cæsari solui prohibuisset. Et cum intrasset in domum, Petrus, praeuenit eum IESVS, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terra à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi IESVS: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me, & te. Stater enim, seu siclus, erat tetradrachmum, id est duo didrachma, vnum pro Christo, alterum pro Petro; quia vnusquisque didrachmum, seu dimidium sicli pendere debebat. Expende hinc iudicium Christi, & in causa, & in miraculo. Causam ipse indicans ait: Vt non scandalizemus eos. Scandalum id fuisset, non datum, sed acceptum, vt vocant Theologi, ex quorum sententia non acceptum sed datum duntaxat scandalum est necessario vitandum. Ea tamen erat bonitas Christi, vt, qui alibi scandalum acceptum contemnendum censuerat dicens: *finite illos, caeci sunt, & duces caecorum*, hoc tamen loco, vel grandi miraculo interueniente, voluerit vitare. Nam miraculum multis de causis fuit magnum. Etsi enim Theophylacto daremus, staterem illum, non pecuniam fuisse, sed margaritam, vnde sciuit Christus, piscem primò trahendum margaritam habiturum, si non, spiritu Prophetico, absentia vidit? sed incredibile est, fuisse margaritam, cum margaritæ non in ore, sed in ventre; non in piscibus, sed in conchis sojeant inueniri. Fuit ergo verus siclus, & miraculum inde maius, quòd Christus absens sciret, quis fuerit ille piscis, qui in ore staterem esset gesturus; & quòd sciret, illum primò ascensurum; immo quòd potius fecerit, vt ille primus ascenderet; aut quòd in ore ascendentis staterem ipse crearet aut formaret; nisi enim ibi primùm eum fecisset, non in ore, sed in ventre piscis stater repertus fuisset: deglutiunt enim pisces, quod ore rapiunt. Quo ex facto apparet, quantis miraculis, vel pecuniam quoque suppeditet indigentibus benignus Deus. Quod & per Matrem suam legitur fecisse.

Matth. 17.

24.

Matth. 15. 14

Monasterium est valde magnum in Hierusalem, non modicam habens congregationem in quodam loco, inquit Gregorius Turonensis, Deuotio populi saepe plurima confert. Veruntamen Imperatoris iussu ibi non minima largiuntur. Accidit autem, quodam tempore, vt, pro penuria egestatis, vade eis victus necessaria deficerent. Congregatio

VI.

S Gregorius
Turon. lib. 1.
de glor.
Martyt. 9. 11

O

itaq.

itaq; garrula Monachorum, cum, una atq; alia die refectiois, ab-
moniam non caperet, vociferantur ad Abbatem dicentes: Largire ci-
bos, aut permitte discedere unumquemq; in locum, quo vitam propagare
possit; alioqui, nec te consulto, discedimus, ne pereamus fame. Hac, ij
dicentibus, ait Abbas: Oremus fratres dilectissimi, & Dominus mini-
strabit nobis cibos: nec enim potest fieri, ut deficiat triticum in eius mona-
sterio, quae frugem vita ex utero pereunti intulit Mundo. Quibus vigilan-
tibus, nocte tota, ac psallentibus, mane orto, ita reperiunt cuncta horreo-
rum habitacula repleta tritico, ut vix vel referari ostium posset. Ac-
cepto autem cibo, gratias egerunt Deo. Post multos vero annos, iterum
deficiente cibo, clamauerunt Monachi ad Abbatem, qui ait: Vigilemus,
ac deprecemur Dominum, & forsitan transmittere dignabitur alimenta.
Deniq; prosternuntur ad pavementum templi. Vigilantes itaq; noctem in
Psalmis hymnisq; & Canticis spiritualibus, cum se, post matutinas, somno
dedidissent, venit Angelus Domini, & posuit, super altare, multitudinem
innumeram auri. Erant enim ostia edis obserata. Exurgente autem
mane Abbate cum Monachis, ad celebrandum cursum, viderunt
multitudinem auri super altare. Et ait Abbas Custodi adituo: Quis
Praefectorum huc ingressus est? qui hac detulit? Respondit: Post egres-
sum vestrum, nullus hic hominum accessum habuit, sed ostij clauem mu-
nitam retinui, & mecum habui, donec surgeres ad commouendum signum.
Tunc stupens Abbas cum Monachis, munus caeleste intellexit, gratiasq;
Deo agens, collegit; comparatisq; victui necessarijs plebem creditam af-
fluenter refecit. Nec mirum, si B. Virgo, sine labore, suis protulit victum,
quae sine coitu viri concipiens, virgo permansit & post partum. Haec S.
viri verba sunt, quibus ego aliud adiungam, verbis meis.

VII.
Surius 5. A.
pril. in vita
eius, & F. Io.
Chrysoft. de
Storre in
vita edita
Antuerpiae
Anno 1627.

Hermannus, postea, ab ipsa Deipara, cum duobus Ange-
lis, ei se spectabilem praebente Iosephi sibi nomen adsciscere iussus
(cuius Beatificationem Ferdinandus II. Imperator Diuis affectissi-
mus Romae à Sede Apostolica petiuit) antè, quàm, in Steinfeld-
si cœnobio, sub S. Norberti vexillo, in Præmonstratensium ordi-
ne, stipendia faceret, cum adhuc septennis, Coloniae, scholas fre-
quentaret, ceteris condiscipulis, festis ac Dominicis diebus, in pla-
tea pueriliter lusitantibus, solebat se subducere. atque in B. Virgi-
nis monasterio, ad quandam, diuinæ Matris Filium Deum brachio
gestantis, se se imaginem illatebrare. Ibi, haud secus ac si statua
viuerent, ita iam cum Matre verba faciebat: iam cum Filio eius
suauissimè, & tanquam cum æquali, familiarissimè sermocinaba-
tur.